



Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Epistolam B. Pauli Apostoli Ad Philippenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

Psal. 54.

anteactam vitam, quam lasciviendo perdidimus, A
flendo reparamus. Quo contrâ de reprobis per Psal-
mista dicitur: *Viri sanguinum, & dolosi non dimi-
diabunt dies suos.* Dies quippe dimidiare, est tem-
pus vita male in voluptatibus ductum, ad pœni-
tentia lamenta dividere, & hoc ad usum bonum
partiendo reparare. Sed iniqui dies suos non dimi-
diant, quia ut dictum est, perversam mentem nec
in extremo tempore immutant.

Finis expos. super Epist. ad Ephesios.

semetipsum despicit, humilem Dei sapientiam non nitatis.
apprehendit. Hinc Magister Gentium dicit: *Fatigati in exp. B.
sumus parvuli in medio vestrum.* Hinc discipulos ad-
monens, ait: *Superiores sibi invicem arbitrantes, 7 longe post
Nam quia unusquisque iniquus inferiorem se om-
med.*

propos. 9.

1. Theff. 2.

ut superiorem quemlibet proximum attendat. Ac-

ne, dum se alij humiliat, iret alter in elationem,

bene utramque partem admonet, dicens: *Superio-
res sibi invicem arbitrantes, ut in cogitationibus cor-
dis, & ego illum mihi preferam, & vicissim ille me
sibi: ut cum ab utraque parte cor inferius premitur,*

*nullus ex impenso honore sublevetur. Evenire au-
tem electis solet, ut cum multarum gratia virtu-
tum polleant, unum eos vel tenuissimum vitium*

*valde fatigans pulset: quatenus dum ex quadam
parte infirmari se confidant, de virtutibus his, in*

*quibus præalent, se minimè extollant: dumque de
infirmitate trepidant, hoc quoque, ubi fortes sunt,*

humilius servant. Praterea non omnes virtutes uni

ibidem.

*multis in-
teriebus.*

*negatur: ut dum iste confidat bonum quod habes,
& ipse non habet, te sibi in cogitatione præferat. Et*

rursum, dum tu habere illum conspicias quod ipse

non habes, te illi in cogitatione tua postponas, &

*fiat quod predictum est: *Superiores sibi invicem ar-
bitrantes.* Mira quippe dispensatione omnipotens*

Deus, sic in electis suis sua dona disponit, ut & isti

det quod illi denegat, & alteri majus, quod alteri

minus tribuat: quatenus dum vel iste conspicit il-

lum habere quod ipse non habet, vel ille hunc

majus accepisse confidat, quod sibi minus adesse

penitentia: & ex hac admiratione alter alteri

humilietur: & quem videt habere quod non habet,


cum divino sibi judicio prælatum putet.

INCIPIVNT CAPITVLA

DE EPISTOLA B. PAULI

Apostoli ad Philippenses.

- 1 *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.*
- 2 *Superiores sibi invicem arbitrantes.*
- 3 *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est.*
- 4 *Semetipsum exinanivit.*
- 5 *Hebreus ex Hebreis, secundum legem Pharisaeus.*
- 6 *Ego me non arbitror apprehendisse.*
- 7 *Qua retro oblitus, in ea, que sunt ante, extendo me.*
- 8 *Scio humiliari, scio et abundare.*
- 9 *Nosira conversatio in celis est.*
- 10 *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ.*
- 11 *Non quero datum, sed requiro fructum.*



INCIPIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM B. PAULI

APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAPUT I.

Cupio dissolvi, et esse cum Christo.

Phil. 1. d

De vinculis nostrarum mortalitatis.
In exp. B.
Iob. 1. 4.c. 30
*longe post
med.*

Psal. 115.

LECTI Dei duris molestiæ vinculis
in hac vita ligantur: quoniam adhuc
corruptionis suæ pœnâ deprimitur.
Esutire quippe, sitire, lassescere, vincu-
la corruptionis sunt, sed cum corrupti-
bili carne exuimus, quasi ab his, quibus nunc atrin-
gimur, molestiæ vinculis relaxamus. Præsentari
namque jam Deo cupimus, sed adhuc mortalis cor-
poris obligatione præpedimur. Jure ergo vinci dici
debemus: quoniam adhuc incessum nostri desiderij
ad Dominum liberum non habemus. Unde bene
Paulus æterna desiderans, sed tamen adhuc corrup-
tionis sua sarcinam portans, vincitus clamat: *Cu-
pio dissolvi, & esse cum Christo.* Dissolvi enim non
quereret, nisi se proculdubio vincatum videret. Hæc
verò vincula, quia certissimè rumpenda in resurre-
ctione conspercerat, jam quasi rupta, Propheta gau-
debat, cum diceret: *Diripiisti vincula mea, tibi sa-
crificabo hostiam laudis.*

CAPUT II.

Superiores sibi invicem arbitrantes.

Quod hu-
militatis
judicium,
fit, & causa
magna bo-

HOC esse proprium specimen solet electorum,
quod de semper sentiunt infra quâm sunt. Hinc
Salomon ad sapientiam parvulos vocat, dicens: *Si
quis est parvulus, veniat ad eam.* Qui enim needum

CAPUT III.

*Qui cum in forma Dei esset, non rapinam phil. 2.
arbitratus est esse se aqualem Deo.*

Dominus noster Jesus in eo quod virtus, & Dei De divina
sapientia est, de Patre ante tempora natus & humana
est, vel potius quia nec cœpit, nec desit, nasci, tivitatem
dicamus verius, semper natus. Non autem possumus
dicens, semper nascitur, ne imperfetus esse *tob. 12. 19. c. 1*
videatur. At vero, ut æternus valeat designari, in pme.

& perfectus, semper dicamus, & natus. Natus
ad perfectionem pertinet, & semper ad aeternitatem:

ut quocumque modo illa essentia sine tem-
pore, & temporali valeat designari sermone, quan-
vis hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab
illi veritatis expressione deviemus: quia quod
factum non est, perfectum dici non potest. Et

tamen infirmitatis nostra verbis condescendens
Dominus ait: *Estate perfecti, sicut & Pater ve- Matt. 5.
stier cœlestis perfectus est.* Dominus noster Jesus *Hom. 25. 10.*
Christus natus ex Patre sine tempore, ex matre *Evang. 10.*
E nasci dignatus est in tempore. Quem firmiter, & *ge. 10.*
veraciter debemus credere Dei filium esse Patri
cœternum, & cœqualem æternitate substantiam.
Sed fortasse tacita questione pulsatur aliquis, quo-

modo filius Patri possit esse aequalis. Quia in re
humana natura quod admirando non valet com-

prehendere, refat, ut hoc sibi esse credibile, ex
alia sciœ admiratione: habet enim quod ad hæc
sibi respondeat sub brevitate. Constat namque quo-

niam ipse creavit matrem, in cuius utero virginœ
crearetur ex humanitate. Quid ergo mirum, si æqua-
lis est Patri, qui prior est matre? Paulo quoque atte-
stante, didicimus Christum Dei virtutem, & Dei

sapientiam. Qui ergo filium minorem putat, Patri. Cor. 10.

specialiter derogat, cuius sapientiam esse ei inaequalem fatetur. Quis etenim homo potens ferret aequaliter, si quis ei diceret: Magnus quidem es, sed tamen sapientia tua te minor est? Ipse quoque Dominus dicit: *Ego & Pater unus sumus.* Et rursum ait: *Pater maior me est.* De quo etiam scriptum est: *Quia subditus erat parentibus suis.* Non ergo mirum, si ex humanitate sua minorem se Patre assertit in celo, ex qua subiectus erat etiam parentibus in terra. In corde igitur Pauli Jesus Patri per fidem aequalis erat, cui idem dicebat: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequali Deo.*

CAPUT IV.

Sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.

Christi humanitas. In expos. B. sub int. *V*enit inter homines Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus ad praebendum hominibus exemplum vite: cui similis in terra non est: quia omnis homo tantummodo est homo: ipse autem Deus & homo: & quamvis adoptivus quicunque filius ad percipiendam divinitatem proficiat, nequam tamen ut Deus naturaliter esset, accepit. Deo itaque formam servi accipiente, nec majestati injuriam intulit humilitas assumptiona carnis: quia & ut servanda suscipiter, nec tamen habita permutterat, nec divina humanitate minuit, nec humana divinitate consumpsit, quia sicut per Paulum dicitur: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se aequali Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Et semetipsum exinanivisse, est ab invisibilitatis sue magnitudine se visibilem demonstrasse, ut servi forma tegeret hoc, quod incircumscripere omnia ex divinitate penetraret.

CAPUT V.

Hebreus ex Hebreis, secundum legem Pharisaeus.

Qualiter sancta anima suspensa eleboratur, & idcirco sibi suspenditum inferunt: quia nimurum desideria tergetur, animum ad alta tollunt. Omne quippe, quod suspenditur, proculdubio ab imis eleborat, & vatur. Suspensi igitur electi Dei, mortem fortitudini sua carnis inferunt, & amore supernæ patriæ in virtutum studiis accincti, hoc quod fortis prius in mundo fuerant vinculo humilitatis insequuntur. Intueribet, quomodo animam suam Paulus suspendat, qui dicebat: *Vivo autem, jam non ego: vivit vero in me Christus.* Et rursum: *Defederimus habens disjulvi, & cum Christo esse.* Et: *Michi vivere Christus est, & mori lucrum.* Qui gesta terrena fortitudinis ad memoriam revocans numerabat, dicens: *Hebreus ex Hebreis, secundum legem Pharisaeus, secundum emulacionem persecutus Ecclesiam Dei.* Sed suspenditum animi, qui has in se fortitudines interficit, protinus afferit qui subiungit: *Sed qua mihi fuerunt lucra, hec arbitratus sum propter Christum detrimenta.* Quas adhuc fortitudines in semetipso insinuat vehementius extintas, cum subdit: *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercore.* Mortuis vero fortitudinibus, quam exanimis pendeat, ostendit, qui illico subiungit, dicens: *Vt Christum lucifaciam, & inveniar in illo non habens eam iustitiam, que ex lege est; sed eam, que ex fide est Iesu Christi.* Ecce collatis ejus testimoniosis Paulum ad alta suspensem, mundo mortuum testati sumus: quia dum mentis intentionem ad alta sublevavit, omnem in se fortitudinem exterioris vita neceavit.

S. Greg. Tom. III.

Ibidem.

Gal 2.
philip. 1.
ibidem.

philip. 3.

philip. 3.

CAPUT VI.

Ego me non arbitror apprehendisse.

Phil. 3. c

Sunt nonnulli, qui cum aliqua bona faciunt, ini-
quitatum suarum protinus obliviscuntur, & cor-
dis oculum in consideratione bonorum operum, que
exhibent, figunt, atque eò se jam sanctos existi-
mant, quod inter bona, quae agunt, malorum suo-
rum, in quibus fortassis adhuc implicati sunt, me-
moriam declinant. Qui scilicet si distinctionem ju-
dicis vigilanter attenderent, plus de malis suis me-
tuerent, quam de bonis imperfectis exultarent:
plus inspicere quod de illis, quae adhuc eis agenda
sunt, debitores tenentur, quam quod operantes
quædam, jam debiti partem solvunt. Neque enim
absolutus est debitor, qui multa reddit, sed qui om-
nia: nec ad bravium victoriae pervenit, qui in ma-
gna parte spectaculi velociter currit, si juxta metas
veniens, in hoc, quod reliquum est deficit. Amplius
igitur debemus inspicere, quae bona needum feci-
mus, quam ea, quae jam nos fecisse gaudeamus. Ple-
rumque enim hoc virtus tentantur etiam electi: ple-
rumque eorum cordis suggestur, ut bona quae fe-
cient, ad animum revocent, & jam letitiae securita-
tis exultent. Sed si veri electi sunt, ab eo, in quo
sibi placent, mentis oculos divertunt: omnem in se
de peractis bonis letitiam deprimit, & de his, quae
se minus egiles intelligunt, tristitiam requirunt. In-
dignos se existimant, & penè soli bona sua non vident,
qua in se videnda omnibus ad exemplum præbent.
Hinc est quod Paulus dum exulta in se bona post-
poneret, & sola adhuc reliqua, quae essent explenda,
cogitaret, dixit: *Frates, ego me non arbitror philipp. 3.*
apprehendisse. Hinc est quod ut posset se de bonis
qua agebat, humiliare, studebat ad animum præ-
terita mala reducere, dicens: *Qui prius fui blasphemus, & persecutor & contumeliosus.* Qui eti al-
iquando dixit: *Bonum certamen certavi, cursum con-
summavi, fidem servavi: intuendum summopere est
quoniam illud eo tempore intulit, quo jam ex cor-
pore discessum se esse cognovit.* Ibi quippe præ-
misit, dicens: *Ego enim jam delibor, & tempus re-
solutionis mea inflat.* Tunc igitur ad memoriam *ibi em.*
perfectionem reduxit operis, cum jam prævidit ad
largitatis spatium minimè subesse tempus operatio-
nis. Sicut enim dum vivimus, debemus bona nostra a
memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante
exitu, plerumque ea ad memoriam justè revoca-
mus, ut videlicet fiduciam præbeant, & desperatum
timorem premant. Qui eti Corinthiis enumerando
bona sua narravit, illos confirmare non se ostendere
studuit. Nam quia eadem bona non in se, sed in
Domino attenderet, patescata tribulatione propriæ
tentationis edocuit, qua expresse subiunxit: *Propter
quod placebo mibi in infirmitatibus meis.* Ut ergo dis-
cipulos instrueret, de se summa referebat: ut vero se
custodiret in humilitate, considerationis oculum
non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat.
Habent itaque sancti viri proprium, ut bona quidem,
qua agunt, videant: & tamen cum perge-
rint, ab eorum memoria oculos ayerant.

CAPUT VII.

*Que retro oblitus, in ea, que sunt ante, philip. 3. c
extendo me.*

Electi Dei ad ea, que reliquerunt, nullo jam ap-
petitu respiciunt, sed in æternis, que appetunt
sue mentis contemplatione semper intendunt. Unde contem-
& magnus ille Prædictor dicebat quod usque ad pri tem-
pertus cœli secreta volaverat. *Vnum vero que retro
oblitus, in ea, que sunt ante, extendens me, sequor* *Hom. 4. in
Ezech.*

Vuu ij

longe posse medium, & procul a fin.
ad palmam superna vocationis. Ante nos enim aeterna sunt, post nos temporalia: quoniam & illa pergentes invenimus, & ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Paulus igitur in anteriora extensus, eorum, que retro sunt, oblitus fuerat: quia temporalia despiciens, sola, que sunt aeterna, requirebat.

CAPUT VIII.

*phil. 3. c**Scio & humiliari, scio & abundare.*

Qualiter inter aduersa & prospera retem discretio-
nis iter te-
2. Cor. 6.

Philip. 4.

OMnes, qui ad caelestem patriam tendimus, ex dextro & sinistro latere fortitudinem habemus: à dextro quidem ne prospera nos extollant, à sinistro vero ne nos adversa dejiciant. In utraque parte fortis Paulus erat, cum diceret: *Per armam iustitiae à dextris, & à sinistris: per gloriam & ignominiam.* Hom. 19: *in bilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seducere & veraces.* Non hunc adversa frangebant, non in mentis tumore prospera sublevabant, fortis in adversitate, & humilis permanebat in prosperitate. Adesse igitur semper nostris meritibus debet & in adversis fiducia, & in prosperis timor: ne aut adversa in desperationem pertrahant, aut prospera animum in lui fiduciam extollant. Hinc est quod idem Prædictor egregius dicebat: *Scio & humiliari, scio & abundare, Vbiique, & in omnibus institutus sum, & satiari, & esuriere, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.* Nunquid nam, fratres, ars est aliqua humiliari & abundare, & satiari & esuriere, abundare & penuriam pati, prout magna se scire ista tantus Prædictor insinuat? Cordis omnino & mira disciplina scientia, que nobis toto cordis est adnisi descenda. Quem enim penuria sua non frangit, à gratiarum actione non retrahit, in rerum temporalium desiderium non accedit, scit humiliari. Hoc enim loco dicit Apostolus humiliari, penuriam pati, nam statim è contrario subjunxit: *Scio & abundare.* Qui enim rebus acceptis non extollitur, qui eas ad usum vanæ gloria non intorquet, qui solus non possidet quod accepit, sed hoc cum indigentibus misericorditer dividit, scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris uititur, sed ad reparationem virtutis: nec plus carni tribuit, quam necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopia sine murmuratione tolerat, nec pro necessitatibus vietus agit aliquid, unde anima peccati laqueum incurrit, scit esuriere. Quem ergo nec in abundantia superbia elevat, nec in necessitate cupiditas irritat, novit abundare, novit penuriam pati. Qui cum statim subdidit: *Omnia possum,* ne elationis esse verba credemus, adjunxit: *In eo, qui me confortat.* Ecce in altum ramus prodiit, sed quoniam in radice stetit, in viriditate permanerit. In altum enim surgens aresceret, si se à radice divisisset: sibi enim nihil tribuit, qui omnia se posse, non in se, sed in eo, qui se confortat, fatetur. Hinc & inde ergo Prædictor egregius fortis existit: quem nec abundantia in superbiam, nec inopia ad avaritiam pertrahit. Discamus itaque, fratres, non solum in prosperis, sed in adversis quoque gratias agere. Pater enim nobis ex pietate sua factus est Conditor noster, nos quoque filios adoptivos ad hereditatem regni cælestis nutrit, & non solum donis reficit, sed etiam flagella erudit. Discamus igitur abundare, ut cuneta, que ab eo accipimus, cum indigentibus partiamur, ut mentem abundantia non elevet, ne fortasse gaudeat: quoniam hoc adest sibi, quod deest alteri; & non jam communis bono, sed proprio latetur. Ideo enim aliquid omnes, & ultra quam necesse est, concupiscunt habere, ut habendo superbiant: quia hoc aliud non habet, in cogitationibus se extollant. Quisquis itaque talis est, adhuc ad portandam abundantiam

De abundantiā.

A tiam doctus non est. Saepè vero quod avaritia ex appetitu suggestit, necessitatem putat: & cum minoria sufficient, dolet majora deesse; atque incensus animus quandam quasi necessitatem patitur, quam parit. Et cum nimia sunt que desiderat, suam aliquo modo sibi avaritiam excusat. Abundantia itaque superbiam vicina est, quam si quando etiam cupiditas intercipit, hanc, ut ita dixerim, quasi peregrina captivitas invasit. Si igitur abundantia artem scire volumus, necesse est, ut non solum ea, que vicina sunt, sed etiam ea, que de longinquò veniunt, vita fugiamus. Discamus per pauperriam pati, ne ea, que non habemus, habere etiam petram. cum culpa requiramus: ne felices putemus, quos rebus onustos cernimus: Nimia valde sunt ea, que sibi quasi in sumptus vita praesentis preparant: multa portant, sed in brevi via magna nobis est in hoc itinere paupertas socia, que animam non angustat, cum deest terra substantia, de qua cum aeterno judice rationes ponamus. Liberiū ad patriam tendimus; quia quasi in via pondere careamus. Discamus satiari in sumendis alimentis corporis, ne gulæ magis quam necessitatibus serviamus: te plus enim saepe concupiscentia quam necessitas petit: & saepè dum carnis inopia satisfacere curamus, voluptas subrepit, modum refectionis excedit. Unde fit ut culpa transeat ad culpam: quia plerisque & alia carnis tentatio nascitur, dum carne immoderatus in refectione servitur. Ex peccato enim primi hominis infirmando natura cum nostris in hoc mundo temptationibus nascimur. Et caro nobis aliquando adjutrix est in bono opere, aliquando vero seductrix est in malum. Si ei igitur plusquam debemus tribuius, hostem nutrimus: & si necessitati ejus, que debemus, non reddimus, civem necamus. Satianda itaque est caro, sed ad hoc usque ut in bono opere famulari sufficiat. Ars itaque magna est satiari, ne uniusquisque per satiationem carnis, ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. Discamus esuriere, ut nobis propter abundantiam sequentem, nostra hic inopia placeat. Nec nos ventris necessitas ad culpam trahat, ne menti peccatum ipsa indigentia suggerat: & dum caro fame afficitur, ad cupiditatem animus irritetur, & querat cum culpa providere unde carni valeat in necessitate satisfacere; ne cor in indignationem profliat, & linguam in murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in sua carnis inopia se hinc inde circumspicit, & à peccati laqueo custodit, novit esuriere. Nos itaque, fratres charissimi, iram atque avaritiam in adversitate fugiamus, elationem & immoderata gaudia in prosperitate declinemus, atque fortitudinem hinc & inde teneamus. Liber adhuc alterum civem celestis patriæ ad mentem reducere, & qualiter utrobique fortis fuerit demonstrare. Beatus etenim Job, cum esset viris orientalibus ditor, & ei prospera cuncta suppeteret, filii polueret, familia cresceret, greges exuberarent, in tanto Dei omnipotentis timore persistit, ut inter custodiā disciplinā, inter acta iustitiae, inter multa humilitatis obsequia, misericordiae operibus intentus, sacrificiis offerendis deditus, holocaustum Domino pro singulis filiis immolare: ne quis eorum saltem in corde peccasset. Pensamus ergo quanta erat custodia boni operis, qui in filiis suis expiabat sacrificiis culpas cordis. Sed quam justus esset in prosperitate innotuerat, valde ignotum erat, si perseverare justus & inter flagella potuisset. Tangendum ergo erat verbere vir ille sanctus in prosperis, ut interrogaretur adversis: & qui notus erat Domino omnipotenti, notus per flagella fieret nobis & fibimetihi. Disponente itaque Domino, consumpti sunt greges, interficti custodes, everfa domus, extinti filii, percussa caro a planta pedis usque ad verticem. Remansit uxor incolumis,

De beati Job, cuncta suppeteret, filii polueret, familia cresceret, greges exuberarent, in tanto Dei omnipotentis timore persistit, ut inter custodiā disciplinā, inter acta iustitiae, inter multa humilitatis obsequia, misericordiae operibus intentus, sacrificiis offerendis deditus, holocaustum Domino pro singulis filiis immolare: ne quis eorum saltem in corde peccasset.

Tob. 2. que verborum jaculis vulnera augeret; sed hanc vir A sanctus in tentatione, sanus in vulnera, prudenter docet, eique respondit, dicens: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus?* Amici quoque ad confolandum veniunt, ad contumelias protrumpunt, & in dolore vulnerum addunt adhuc vulnera verborum: immisericordem dicunt, raptore nominant, violentum denunciant, oppressorem pauperum fatentur. Quid igitur miles Dei faceret inter dolentia vulnera, & amara verba depressus? Ecce flagella Dei, & verba hominum simul afflicti animum ad desperationem premunt; sed plenus virtute spiritus, carnis vulneribus jacent, mentis robore stans, contra desperationis impulsu[m] reduxit ad memoriam bona qua[er]e eggerat. Quia misericors fuerat, dicit: *Oculus fui cecu, & p[ro]cuso. Et rursum; Pater eram pauperum.* Quia & disciplina cultos, & benignus fuerit, dicit: *Cumque sedarem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen morensum consolator.* Quia humilis fuerat, dicit: *Si contempti subire iudicium cum seruo meo, & ancillamea, cum disceptarent adversum me.* Quia hospitalis fuerat, fatur: *Si despesi praeterueniem, eo quod non habuerit indumentum.* Quia largus in donis fuit, dicit: *Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ovis mearum calefactu[m] est.* Quia violentus non fuerat, testatur dicens: *Si levavi super pupillum manum meam, cumme videret in porta superiori.* Quia de inimici periculo nunquam exultaverit, dicit: *Si gavisus sum ad ruinam eius, qui me oderat.* Quia patiens fuerit, & etiam suorum malitiam æquanimiter pertulerit, dicit: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius, ut sicutemus?* Quid ergo quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? quid est quodd[em] ore suo opera, quæ fecerat, laudat? nisi quia inter vulnera & verba, quæ hunc ad desperationem trahere poterant, ad spem animum reformat. Et qui in prosperitate humilius fuit, revocatis bonis suis ad memoriam, infrastructus in adversitate permanit. Cujus enim animum inter tot flagella, illa verba ad desperationem non impellerent, nisi sibi ad memoriam bona, quæ eggerat, revocabâset? Vedit igitur sanctus mentem suam, auditis tot malis, ad desperationem concutti, & mirabiliter studuit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est: *In die honorum, ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis honorum.* Si enim, cum in bonis sumus, malorum reminiscimur, quæ aut passi sumus, aut adhuc pati possumus, accepta bona mente non elevant; quoniam eorum gaudia timor memoria malorum premit: & si cum mala habemus, bonorum reminiscimur, quæ aut jam accipimus, aut adhuc nos accipere posse speramus, malorum pondus animum in desperationem non deprimit; quia hunc ad spem memoria bonorum levat. Sic itaque, fratres charissimi, & per præcepta Domini, & per Sanctorum exempla gradiamur, ut nec nos prosperitas elevet, nec adversitas frangat, & nos in prosperis, & in adversis fortitudinem habere monstremus.

CAPUT IX.

*Nostra conversatio in celis est.**Philip. 3, d.*

Animus
quasi in domo
habitat in ea re,
tonis est res quælibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Omne quippe, quod diligimus, quasi in hoc quietescens inhabitamus. Unde Paulus, quia in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamen à terra extraneus, dicebat: *Nostra conversatio in celis est.*

Vnde etiam expectamus Salvatorem Domini nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis sue.

CAPUT X.

Post resurrectionem erit similitudo Domini nostri Iesu Christi in cordibus nostris, & similitudinem illius etiam corpora nostra percipient in configuratione. Erunt enim tunc electorum corpora claritati Dominici corporis configurata. Quæ eti[am] aquilitatem gloriae ejus non habent per naturam, similitudinem tamen configurationis habebunt per gratiam.

CAPUT XI.

Non quero datum, sed quero fructum. *Phil. 4, d.*

Sanctis præparatoribus debita ab audientibus stipendiis debent conferri: & quos fatigat injunctus dii prædicatorum, exhibita à discipulis pinguedo boni foveat operis: non quod prædicent ut alantur, *In expos. B.,* *1ob. 1, 19, c.* sed idea alantur ut prædicent, id est, ut prædicare *io. 10, non* subsistant, non ut intentionem sumendi vietus transprocedat à præfato actio prædicationis, sed ut ad utilitatem prædicationis defervant ministeria sustentationis. Unde ergo à bonis præparatoribus non causâ vietus prædicationis impenditur, sed causâ prædicationis ab eis vietus accipitur: & quoties prædicantibus necessaria conferuntur ab audientibus, non solent de rerum munere, sed de conferentium gaudere mercede. Unde per Paulum dicitur: *Non quero datum, sed quero fructum.* Datum quippe est res ipsa, quæ impenditur: fructus vero dati est, si benigna mente futuræ studio mercedis aliquid impendatur. Ergo datum accipimus in re, fructum in corde. Et quia discipulorum suorum Apostolus mercede potius quam munere pascetur, nequaquam datum, sed fructum se querere facebatur. Unde & subdidit protinus, dicens: *Habeo autem omnia, & abundo.* *Phil. 4, 7.* Prædicatores igitur sancti ipsa prædicatione fatigati, auditorum suorum bonis operibus debent fovere, sicut ille faciebat, qui andiebat: *Vixera sanitatum requieverunt per te frater:* hic opere bono fatus fuerat, qui in catena religatus dicebat: *Det misericordiam Dominus Onesiphori domini, qui sape me reficeravit, & catenam meam non erubuit.*

*Finis expositionis super Epistolam ad Philippienses.*INCIPIVNT CAPITVLA
DE EPISTOLA B. PAULI
APOSTOLI AD COLOSSENSES.

- 1 *Sive Throni, sive Dominationes.*
- 2 *Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratur.*
- 3 *Nam esti corpore absens sum.*
- 4 *Quæ sunt rationem habentia sapientia.*
- 5 *Super omnia autem hæc charitatem habete.*
- 6 *Mortui estis, & vita vestra abscondita est.*